



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XIII. Vtrùm teneatur obliuiosus peccata sua scribere, quò eoru[m] in
Confessione meliùs recordari possit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

interroget non aperte, sed dicat; cogitasti aliquando de hoc? Si dicat, etiam; quærat ulterius; & confensisti? Si dicat, etiã: Procedat, dicens, & fecisti? Quo dicente, etiam, vel non, nihil amplius interroget.

Tenetur ne obliuiosus peccata sua scribere, quò eorum in Confessione meliùs recordari possit?

Quæstio XIII.

NON; quia non est maior necessitas Confessionis quàm contritionis; sed ad contritionem habendam non oportet peccata scribere (sufficit in generali conteri de obli- tis) Ergo nec ad Confessionem requiritur id. Nec enim oportet iugum Domini reddere grauius, fatis est, quòd quando confitetur, operam det, vt recordetur peccatorum. Et præterea rarissimè contingit profectò, quòd aliquis, habens curam animæ suæ, obliuiscatur alicuius peccati mortalis.

Respõsio.

Suntne singula peccata, quoad numerum, fideliter confitenda?

Quæstio XV.

NUMERVS peccatorum est de necessitate Confessionis, vt scilicet quisque singula fideliter confiteatur: Quilibet enim tenetur confiteri omnia peccata sua; sed qui non confitetur numerum, non confitetur omnia.

Respõsio.

F. peccata.